Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-562268-p0001-4

IX. B. c 101.
55.
D 3 X
XXVIII. 9. a
2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-562268-p0003-6

1 Pomereshe de Judiciis.
2 Svendendorffers Posit.
Mostres
3 Asylii Generalis debitorum
Czov
4 de Permutatione. Svendend.
5 de Citatione. Schacher
6 de fidejussione. Brunner
7 de Retorsione Injuriarum
Richter
8 de Emtione Vendit. Volckmarg.
9 de bona fide. Born.
10 de Querela Inofficiosi Testam. Obey.
11 de Jure Tutelarum. Philippi
12 de Emancipatione Liberorum. Romanus.
13 de Testamento judiciali
~~Finckelthaus~~.
14 de Pacto ~~retrovenditionis~~.
Hahn.
15 de Separatione bonorum. Becher
16 de Provocatione ad Litem. Straach.
17. de Juribus Ser. domus Saxon.
Bechmann.
18 de Advocatis. Tabor.
19 de Evictionibus. Lederer
20 de Cessionibus Jurium. Binne
21. de Lite primar. prec. Fritsche.
22. de Jurisprud. antiqua et ...
hujus ... German.
Meibom.
22 de Jure Investit. Episcopalis
24 de Judiciis ... Wehm.
25 de Transactionibus. Lartig.

JESU BENEVOLO REGENTE!

# POSITIONES HASCE ILLUSTRES,

Ex.

Permiſſu Magnifici JCtorum Ordinis in celebri Lipſienſium Academia,

*Sub*

PRÆSIDIO

VIRI

*Nobiliſſimi, Juriſconſultiſſimi atq; Excellentiſſimi,*

Dn. BARTHOLOMÆI LEONHARDI SCHVVENDENDÖRFFERI, J. U. D. Clariſſimi, Præceptoris & Fautoris ætatem colendi,

*Eruditiorum examini ventilandas*

*ſubjicit*

JOHANNES BAPTISTA RITTERUS

Halenſis,

AUTOR.

*Ad diem 13. Jan. in Auditorio JC.*

*Anno 1659.*

*LIPSIÆ,*

LITERIS RITZSCHIANIS.

2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-562268-p0005-7

VIRIS

*Generoſo, Magnifico & maximè ſtrenuo*

# DNO GEBHARDO

ab Alvensleben/ Hæreditario in Neuengattersleben/ Reverendiſſimo, Sereniſſimo atqve Celſiſſimo Principi ac Dno Dno AUGUSTO, Poſtulato Archiepiſcopatûs & Primatûs Magdeburgenſis Adminiſtratori, Duci Saxoniæ &c. à conſiliis intimis,

Ut &

*Maximè Reverendo, Magnifico ac Excellentiſſimo*

# DNO JOHANNI OLEARIO

SS. Theol. Doctori Celebratiſſimo, eidem Reverendiſſimo & Sereniſſimo Principi, à Conſiliis Eccleſiaſticis, Confeſſionibus, Concionibus Primariis & Alumnorum Ephoro,

Patronis,

*quoad ero, religioſè ſuſpiciendis,*

*Theſes haſce, iisq; me meaq;, ſi liceat, ſtudia in debitam clientelam*

D. D. D.

AUTHOR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-562268-p0006-2

*JESU BENEVOLO REGENTE!*

# PRÆF.

*Cum diſputemus, non ut tractatu, ſed promptâ diſputatoris lingvâ fungamur officio, chartas prolixiores cathedræ inaugurali volente Deo conſecraturo, Theſes haſce illuſtres, Doctiorum antitheſibus exercitii causâ diſceptandas expoſuiſſe, ſufficiat.*

## THESIS I.

SUitas non tollitur per exheredationem. *contra Graß. §. ſubſt. q. 9. n. 3.*

Th. 2. Plebejus à Nobili adoptatus, nobilis non fit. 1. *contra RicK. ab* Urweiler. *de unione prol. c. 9. n. 47. 2. Gothof. ad l. 1. §. 4. unde cogn. 3. Reinking. de R. S. cl. 3. c. 11. n. 24. 4. Bachov. ad Tr. Tom. 2. diſp. 15. th. 5. lit. e. Habnium ad Wes. de Adopt. n. 6.*

Th. 3. Venditio juris, ducendi ac vehendi ligna, Holtz zu flöſſen/ à principe facta, extenditur etiam ad territoria vaſallorum, ita JCti Francofurtenſes *anno* 1596. *Idib. Mart.* in causâ Freyberg cont. Schönberg.

Th. 4. Juramentum judiciale locum habet in actione injuriarum ad palinodiam. *contra Moller. ad conſt. Elect. 42. p. 4. n. 15. & ſeqq. Mod. Piſt. vol. 1. conſ. 62. n. 17.*

Th. 5. Maritus eſt rerum dotalium propriè dictus Dominus. *contra 1. Donellum lib. 14. comm. juris Civil. 4. 2. Vultejum ad pr. Inſtit. q. alien. licet vel non. 3. Vaudum 2. quæſt. 8. del' caſtello Sotomayor Jureconſult. Hiſpanum de uſufructu c. 4. 4. Robert. 3. ſent. 18. 5. Perenot. 2. animadv. 2. 6 Hotom. ad d. pr. 7. Dominum Ludvvell. ibid. aliosq́.*

Th. 6. Examen teſtium ad perpetuam rei memoriam, in actione criminali, licet unà civiliter agatur, locum non habet, ita Jureconſulti Noſtrates 1644. Marpurgenſes *anno eod.* 12. *Febr.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-562268-p0007-8

Th. 7. Datur rerum incorporalium dominium propriè dictum. *contra Don. lib. 9. comm. c. 8. Duaren. 1. Diſp. 18. Cujac. 10. Obſ. 16. Weſ. parat. de acq. rerum Dom. n. 3. ibiq; noviſſimè Hahnium.*

Th. 8. Dominium utile aut eſt Dominium juris, aut Ens rationis. *contra Valaſc. de jure Emph. q. 13. & 14. Laram in l. ſiqvis à liberis §. 10. de agn. & alend. lib. Joh. de Monteſperello conſ. 39. n. 17. vol. 1. Jacob. Mandellum de Alva conſ. 376. n. 7. & noviſſimè magnopere repugnantem Hahnium dl. & ad tit. de rei vind. n. 3.*

Th. 9. Probationes factæ in poſſeſſorio etiam faciunt fidem in petitorio, *contra Bartol. in l. cum lit. col. 2. D. de jud. Bald. & Angel. l. c. ibiq; Alex. n. 26.* ita Juriſconſulti Francof. *Anno* 1599. 10. *Octobr.* in cauſa Enden contra den Schöſſer zu Eulenberg.

Th. 10. Jus venandi poſt conſtitutionem Friderici *in tit. 27. & tit. 57. lib. 2. F.* inter regalia referri non poteſt, *contra Jac. à. S. Georg. in Tr. Feud §. & cum in ven. n. 9. Knichen de Sax. non prov. jure c. 5. p. 196. Mod. Piſt. q. 15. n. 11.* nec ad ſervitutes prædiales, *contra Zaſium int. ſing. lib. 1. c. 11. Gail. lib. 2. obſ. 66.* aut perſonales, *contra Pruckm. in Tr. de reg §. Venatio c. 2. n. 1.* aut jurisdictionales, *contra Sebaſt. Medic. de venat. p. 2. q. 2.*

Th. 11. Interdictum uti poſſidetis Domino à ſubditis in jurisdictione turbato adverſus eos & contra competit, *contra Fulgos. Ang. in l. 1. §. per hanc de rer. div. Bartol. in l. 1. §. hujus interdicti ff. uti poſs. Ruin. conſ. 129. n. 8. Menoch. de ret. poſs. remed. 3. n. 105.*

Th. 12. Heres ſub conditione inſtitutus, ſi à religione Evangelicâ ad Pontificiam defecerit, purè inſtitutus intelligitur, cũ conditio ſit impoſſibilis jure & ſic pro non adjectâ habeatur, ita reſp. Juriſconſult. noſtrat. *Anno* 1620. *Menſe Septembr.* Diſs. Scab. Magdeburgenſes *apud Alemann. in Palæſt. conſ. p. 995.*

Th. 13. Unicum tantum eſt Imperium mixtum, acceſſorium Jurisdictioni, *contra Frantzk. ad tit de jurisd Bocer. c. 4. de jur. n. 18. Duar. c. 5. n. 5. & ſeq. Hilligerum ad Don. c. 8. lit. X.* & differt à jurisdictio-

dictione eſſentialiter, *contra Cujacium, Obrechtum*, Engelbrechtum, Patriæ meæ quondam Cancellarium, aliosque.

Th. 14. Datio b. p. non eſt actus Imp. mixti, *contra Duar. Engv. Baro. Charond. apud Bachov. ad Treutl. Tom 1. diſp. 3. th. 4. lit. b.* uti nec judicis datio, nec miſſio in bona, niſi quà coërcitionem ſapit, nec reſtitutio in integrum, *non obſt. l. 3. l. 4. de jurisd. l. 26. ad munic.*

Th. 15. Datum in fraudem uſurarum repeti vel deduci poteſt à ſumma principali, ita Icti Ingolſtadienſes *an. 1574. die 23. Aug.* in cauſa Generoſ. Com. à [illegible].

Th. 16. Concurrente rei perſecutoriâ cum pœnali mixta actione, actor illâ præcisè contentus eſſe non debet, *contra Frid. Hortlederum tr. de conc. act. meræ real & pœn. mixt.* ita poſt *Hillig. ad Don. lib. 21. lit. b.* cum Nobiliſſimo Dno. Pa[illegible]ente jam 12. annis deſideratiſſimo, *in not. ad d. tr. Hortl.* ſtatuo.

Th. 17. Oblatione ſatisdationis Novi operis nunciatio remittitur ſtatim, non demum intra 3. menſium ſpatium, etiam in Cam. Imp. *contra Mynſ. de mand. lib. 5. c. 31. n. 6. Gail. 1. obſ. 16. n. 17. VVurmſ. in obſ. tit. 49. obſ. unicâ.*

Th. 18. Novatio etiam jure novo per *l. fin. C. de Nov.* ex conjecturis inducitur, ita rectè Icti Helmſtad. *anno* 1607. 4. *Feb.* & Jenenſes *anno* 1608. *in Jun.*

Th. 19. Actio Pauliana realis eſt, ita cum Magnifico Dno. Joh. Chriſtoph. Wexio Conſil. Vinar. Præceptore meo æternũ commemorando, ſentio *1. contra Ant. Math. ad §. 6. Inſt. de act. Ant. Fab. lib. 20. conj. 16. v. quod ergo & dec. 93. error. Pragm. 5. Vinn. ad §. 6. d. t. 2. Hotom. ibid. 3. Hahnium ad Weſ. tit. quæ in fr. cred. facta ſunt ut reſc. n. 6.*

Th. 20. Emendari poteſt libellus poſt litis conteſtationem, mutari non item, *1. contra Treutler. Tom. 1. diſp. 4. th. 13. lit. d. 2. Bachov. d. l. 3. Scotan. diſp. 13. th. 26. Buſium in l. 1. de edendo Zaſ. d. t. n. 4. Donell. lib. 20. comm. jur. c. 5. Hillig. ibid.*

Th. 21. Famoſus libellus non intelligitur ſi paſqvillans nomen ſubſcripſerit. Peinh. Halsg. a. 110. contra Heig. p. 2. q. 31. n. 21. Berlich. p. 5. concl. 67. th. 57. Weſ. de injur. n. 19. ibidemq; Habnium.

Th. 22. Lecti & Linteamina in diverſorio publico poſita, ad res immobiles non pertinent. cont. Heig. p. 2. q. 15. in f. Berlich. p. 3. pr. concl. 30. n. 23. Penſold. in add. ad Coler. p. 2. dec. 206. n. 289. Hahnium ad Weſ. de rer. div. n. 4. ita JCti h. l. an. 1633. menſ. Ian. in cauſa Krchens zu Radefeld.

Th. 23. Mater à ſubſtituto pupillari tacitè, quoad Legitimam excluditur. contra err. Ant. Fab. error. Pragm. dec. 33. err. 5.

Th. 24. Redditione Chirographi, in quo præter illum cui redditur, alius etiam obligatur, vi pacti taciti, debitori tantum quod accipit, remiſſum intelligitur. contra 1. Menoch. lib. 3. præſ. 140. 2. Quil. Bartol. in l. 2. de pact. Fort. Garz. ibid. §. 1. n. 4. 3. contra alios nonnullos. vid. Caſtrenſ. d. l. n. 4.

Th. 25. Litis Conteſtatio his facta verbis, Beklagter ſtelle ſolches dahin / non ſubſiſtit, juxta reſp. Scab. Elect. Anno 1626. & Suprem. Sen. App. Dreſd. Anno 1651.

Th. 26. Uſurarius manifeſtus per c. 2. de uſur. in 6. m. c. donare non poteſt. contra Bald. in l. 8. n. 11. C. de exec. rei jud. Ripam in l. 2. n. 7. de Leg. 1. Imolam l. 25. de donat. m. c. Heig. p. 2. q. 17. n. 43. Berlich. p. 3. concl. 1. n. 27.

Th. 27. Imp. merum nec jure Civili, nec Canonum, nec noviſſimo ex conſt. Car. jure magiſtratus competit. contra Weſ. tit. de off. ejus cui mand. n. 3. Azo in Sum. C. ad tit. de juriſd. Alciat. 2. Par. 6. Muſcorn. d. tr. n. 232.

Th. 28. Cap. cum eſſes X. de teſtam. in terris Imperii ad

cau-

cauſas profanas non extenditur. *cont. Colerum p. 1. dec. 35. n. 4.* ita Scab. Noſtrates *anno 1628. m. Dec. an. 1631. m. Iun. anno 1634. m. Mart.*

Th. 29. Inter verbis conjunctos jus accreſcendi quoque habet locum. *cont. Cujac. 15. O. 4. Govean. de jure Acc. n. 26. Ant. Fab. 6. conj. 1. & dec. 49. Err. Pr. 3. 4. aliosq.*

Th. 30. Exheredatio ſine elogio facta, teſtamentum jure *Nov.* 115. nullum non facit. *cont. Gomez. 1. reſol. 11. Clarum §. teſt. q. 40. Covarr. in c. Rayn. p. 17. Bacbovium ad pr. Inſt. de inoff. teſtam. Hahn. ad Weſ. eod. n. 7.*

Th. 31. Si quis à Principe Imp. tanquam à parte appellaverit, locus eſt Inſtantiæ Auſtregarum, ſicque ad Cameram immediatè appellatio non datur, ita factum in cauſâ conſulum Civitatis Stettin contra Ducem Pomeraniæ 21. *April. anno 1563.*

Th. 32. Magiſtratui VVergeldum non cedit, heredibus non vindicantibus. *contra 1. Moll. ad conſt. Elect. 11. in f. p. t. 2. Schneidevv. ad tit. de hered. quæ ab int. rub. de Succ. fiſc. n. 17.*

Th. 33. Notarius ſuper contractu invalido inſtrumentum falſum conficiens, ut falſarius plecti non debet. *cont. Bartol. in l. 6. n. 2. ff. ad Leg. Corn. de falſ. Ruin. Conſ. 85. n. 3. lib. 5. Bald. conſ. 294. col. 1.*

Th. 34. Quamvis actio injuriarum cum remedio *L. diffamari. C. de ing. man.* cumulari non poſſit, eo tamen finito ac ſilentio impoſito diffamanti, injuriarum diffamatus contra diffamantem experiri poteſt. *ita jud. Fac. jurid. h. l. anno 1645. M. Maji.*

F I N I S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-562268-p0011-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-562268-p0012-5

00 A 6362

ULB Halle 3
002 928 507

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-562268-p0013-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-562268-p0014-7

2

JESU BENEVOLO REGENTE!

# POSITIONES HASCE ILLUSTRES,

Ex.

Permiſſu Magnifici JCtorum Ordinis in celebri Lipſienſium Academia,

*Sub*

PRÆSIDIO

VIRI

*Nobiliſſimi, Juriſconſultiſſimi atq; Excellentiſſimi,*

Dn. BARTHOLOMÆI LEONHARDI SCHUUENDENDÖRFFERI, J. U. D. Clariſſimi, Præceptoris & Fautoris ætatem colendi,

*Eruditiorum examini ventilandas ſubjicit*

JOHANNES BAPTISTA RITTERUS Halenſis,

AUTOR.

*Ad diem 13. Jan. in Auditorio JC.*

*Anno 1659.*

*LIPSIÆ,*

LITERIS RITZSCHIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-562268-p0015-2